

in den sachen begriffen warn, sullen ewiglich unvordacht lasen, und sullen alle dy vorgeantten rede stet und gancz halden ane alle argelist by den acht eyden, dy si der stat gesworn haben.

a) korrigiert aus elderln (A) b) folgt gestrichen des (A) c) erb über der Zeile (A) (d-d) über der Zeile (A)

166. *Der Zwickauer Kleriker Konrad Marquard appelliert an den bischöflich naumburgischen Offizial wegen einer Schuldforderung gegen die Witwe Kunigunde Gamonis und ihren Sohn Laurentius.*

1378 Juni 23, Zeitz

*Original: Stadtarchiv Zwickau, A*A III 5 Nr. 5 (A); Pergament: 23 cm breit; 30 cm hoch; der untere Rand der Plica abgeschnitten; Urkunde durch Farbe ungültig gemacht; Besiegung: Das Siegel des Offizials fehlt, Einschnitte im Pergament vorhanden.*

In nomine domini amen. Coram vobis honorabili viro domino officiali archidiacono terre Plysnensis Nuenburgensis dyocesis ego Conradus Marquardi de Czwickauia clericus dyocesis memorate in causa, que vertitur seu verti speratur inter me, actorem parte ex una et Kunigundim Gamonis et filium suum Laurencium reos parte ex altera animo apellandi dico et propono modo via iuris et forma melioribus, quibus possum et debeo in quiete conquirendo, quod licet idem Laurencius pro matre sua memorata adveniente citacionis termino compareret et super quinque sexagenis latorum grossorum per matrem solvendis licet affirmative in figura exhibens et offerens se ad caucionem fideiussoriam faciendam de bonis matris ipsius ipsam matrem cum concernentibus post patris decessum me vero instante et petente, ut michi caverem de bonis propriis, si et in quantis deficerent bona matris, quod idem reus licet una cum matre haberent bona, ut presumitur, indistincta facere recusavit, de quo, cum starem, male contentus et talem fideiussionem recipere noluissem, ipse Laurencius licet una cum matre, ut supra haberent domicilium cum suis pertinentiis, ut presumitur, indivisum in Czwickow civitate vestre iurisdictionis situatum, asseruit se fore scolarem sub iugo domini scolastici ecclesie Nuemburgensis petens se remitti scolasticum ad eundem. Super qua remissione nobis hinc inde terminum ad interloquendum in feriam sextam post octavam penthecostes assignastis, ipso vero termino adveniente et me actore comparante eisdem quoque reis se contumaciter absentantibus, vos et vestrum officium debita cum instandia requisivi, ut michi partem ream ob contumaciam predictam in expensis longius condemnare dignaremini vel saltem non obstante contumacia ipsius partis in causa cepta proceteretis^{a)}. Vos autem domine iudex reverende ad excusandas excusatos in peccatis ore tenus allegastis vos fore prohibitum per vestrum superiorem, videlicet honorabilem virum Theodericum de Bennedorf, verum archidyaconum terre Plisnensis prenarrate, ne amplius in hac causa quidquam praesumeretur attemptare, ex quibus seniores me indebite contra deum et iusticiam praegravatum terminos me in posterum posse fortius agravari vestri iudicii ab officio. Et cum appellacionis remedium in oppressorum relevamine, in quiete salubriter sit inventum. Ea propter a vobis et vestri iudicii officio contra Kunegundim Gamonis et filium suum Laurencium reos